

*Ecclesiæ in sanctissimis illis decretis sitam eſe videres, nunquam oculos remouisti: sed vt regem vigilantem & religiosum decet, omnia circunspexisti, consilia atq[ue] conatus hostium diligenter obſeruans, ad ſirmiſima militum, ſi opus eſet, collocanda præſidia, atq[ue] ad ſacrosanctum illum locum protegendum te paratum eſſe per legatos tuos frequentiſime, denunciabas, & viros omni literarum & virtutum genere præſtantes, iſpum inquam Hispaniæ florem, illico Tridentum miſisti: vt que catholicæ fidei maximè eſſent consentanea, decernerent. Quanta verò ſollicitudine prouincias, nationes tuo imperio ſubiectas in officio continueris, ne ab Ecclesiæ vnitate auocarentur, illud certè maximum eſt argumentum in illis potiſſimum ſinceram religionem, & Apoſtolice Sedi obſeruantiam relucere. Huic rei testis eſt Hispania, in qua cum tot haberes præcedentium clarissimorum regum exempla, in memoriam reuocans auum Philippum, atauum Ferdinandum; Carolum V. parentem tuum Imperatoremque maximum, qui omnes fidissimi religionis defenſores extiterunt; memor q[uod] antiquæ religionis, ac veritas ne aliqua tua culpa, aut negligentia Hispania de honestata: & maiorum tuorum gloria obſcurata videretur; tam ſollicitam curam adhibuisti, & inter ſaucias & furentes vicinas prouincias Hispaniam in columnen & ſanam habeamus. Tanto igitur ceteris regibus antiquis maiorem gloriam eſt adeptus, quanto eſt glorioſius nauem in aliquo magno naufragio quam in portu regere & conſeruare: quanto eſt illuſtrius & magnificientius Hispaniam ex tam pernicioſo & tam vicino incendio quæ iam fumantem ab ipsis ſaþe hæreticorum vnguis eripuisse. Deinceps cum magnum Hispaniæ periculum ab hæreticis immovere conſpiceres, omnes maritimas oras, que Mediterraneo mari & Oceano abluuntur, diligentि custodia muniuisti, vt nullus aditus huiusmodi Satanæ ministris patere potuiffet.*

*Quod si*